

zalen. Ob er aber nit gelt gnûg het, wellen ir mitliden haben, bis ich hinin kom; wil ich üch erlich zûfriden stellen.

Üwer diener *Gregorius Gerung*,
vogt zû Rosenberg.

Doctor I o a c h i m v o n W a t t, minem lieben herren etc.

1) Vrgl. II, Brief 211, wo in Anm. 1 dieses undatierte Briefchen übersehen worden ist. Es scheint zwischen Brief n. 211 und 215 zu gehören.

XI 304.

108.

Johannes Ager¹⁾ an **Vadian**.

(Zürich. 1520²⁾)

Empfehlung einer Kranken.

Egredie domine doctor, exhibitrix præsentiarum^{a)} est illa, de qua Dominationi^{b)} vestræ locutus fui; quæ habet defectum circa pectus et cor et interdum nescit habere anhelitum et per multos dies non habuit sedes, uti Dominatio^{b)} vestra ex ea percipiet. Quapropter Dominationem^{b)} vestram rogo, ut intuitu meo velit ei consulere et personam, complectionem ipsius bene considerare et pendere^{c)}, quod singulari studio erga illam refundere curabo. Et est persona debilis naturæ.

Johannes Ager, secretarius Cæsareus.

Adresse fehlt.

a) Durchgehends „e“ für „æ“. — b) „c“ für „t“. — c) „pondere“.

1) Vrgl. II, Brief 190. — Das Briefchen gehört wohl in das Jahr 1520, wie die vom 4. Mai und 19. Juni jenes Jahrs datierten Briefe Agers II, 190 und Nachträge 62.

Ms. 108 n. 7.

109.

Vadian an Dr. Christoph Klauser¹⁾.

St. Gallen. 1521. Juli 21.

S. P. D. Tiguri nuper agenti mihi, doctissime Christophore, cum de Bernhardino illo Insubro, Gallici morbi curatore, mentio incidisset, memini etiamnum indicata abs te fuisse unguenta aliquot nominatim, quæ ille ex officina tua aromataria coemisset aliquando. Horum cum plane sim per occupationes oblitus, precor rursum mihi annotare nomina et huic nostro tabellioni committere^{a)}, quod reddat, velis. Meum negotium^{b)} non agitur, sed viri cuiuspian optimi et studiosorum amantissimi, cuius causa et studiorum communium et nostræ professionis nomine haud magnopere incuriosius abs te hac una in re agi velim, atque si res

universa e commodo usuque nostro futura esset. Tantum significa, quæ abs (te) tuisque aromatoriis unguenta emerit simulque, si ita vacat (nolim enim tibi, alioqui peroccupato, molestus esse), quæ tua sit de eius cura sententia quibusque remediis uti hominem potissimum arbitreris, significa. De Petri, medici Wittenburgensis, axiomatis quid sentias, fac sciam. Equidem sic censeo, nisi quid diversum tu mihi persuaseris, commodius illa tutiusque in medicorum scholis expendi posse, quam ægrotantium periculo nostræ farinæ hominum praxi, ut dicimus, committi^{a)}, quamquam nihil temere statuum, sed plane sententiam expectem^{d)} tuam. Cupio valere te, mi Christophore, cum uxore cumque liberis et persuadere de Vadiano te tuo, quod possit. Apud divum Gallum, XII Kalendas^{c)} Augusti, anno MDXXI^o.

J. Vadianus, D.

De rebus novis adde quicquam, si quid harum penes te fuerit.

Præstantissimo artium liberalium et salubris medicinæ doctori,
Christophoro N., Tigurino, amico incomparabili.

Zürich.

a) Ein „m“. — b) „c“ für „t“. — c) „calendas“. — d) „exp“.

1) Vrgl. II, Brief 267, die Antwort auf vorstehenden.

110.

XI 190

Heinrich Wirt¹⁾ an **Vadian**.

a.

Nudius est octavus, dum, mi Vadiane, ex Wila domum redirem, morbis hinc inde lassissimus^{a)}. Immerito autem fit, ut te vatem non prius salutem, quam medicum mox meum salvatorem expostulem. Fatum consuetudinis ineundæ^{b)}, si per illum, cui pro viribus hactenus voluerim, primum iam periculum capitis evasisse videbor. Qui, quæso^{c)}, aliud familiaritatis mutuæ genus tam commodum offerri poterat? Gaudere cœpi^{d)}, dum cogitarem, istud amicitie^{e)} nostræ vinculum futurum. Ad morbum citius redeo. Is e capitis læva^{c)} parte penitus prodit, ita tamen, ut in stomacho oriri videatur. Monent hoc stomachi vehementissimi crepitus, præterquam^{e)} vapores, amarissimis exhalationibus undequaque^{f)} permixtis. A septima antemeridiana ad vespas usque dementiam vix supero. Hæc^o medicorum doctissimo, citra tui ignominiam adicio^{g)}: species ægreditudin^o tibi, mihi rara est; tu expertior fies, si omnem languendi audias certitudinem. Me it(a)que iuva atque porrige, quæ pro salubritate recuperanda tibi